



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

115. An Sacerdos, qui noctu misit ad raucedinem faucium leniendam  
saccharum in os paulatim deglutiendum, si illud duauerit post medium  
noctem, & dubitat, an aliquas partes illius in stomachum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

RESOL. CXV.

*An Sacerdos, qui nocte umisit ad raucedinem faucium leniem faccharum in os parlatum deglutendum, si illud durauerit post medium noctem, & dubitat, an reliqua partes illius in stomachum traiecerit, possit Missam celebrare?*

*Ei an reliqua cibi, etiam si deglutiuntur post medium noctem, non impedian communione, aut celebrationem? Ex part. 2. tract. 14. Ref. 5.1.*

*§.1. N*egatiū respondeo cum communi sententia DD. hi sun Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 16. sect. 4. Valquez etiam in 3. part. tom. 3. disp. 221. cap. 3. num. 3. Reginaldus in praxi. tom. 2. lib. 29. c. 6. n. 119. Bonacina de Sacram. disp. 4. quest. 6. punct. 2. n. 7. Mollesius in summi tom. 1. tract. 3. cap. 10. n. 13. Coninck de Sacram. quæst. 80. art. 8. n. 48. & Sylvius in 3. p. q. 80. art. 8. fol. mibi 248. col. 1. vbi sic ait: Solueretur ieiunium, si quis nocte misserit in os aliquid sacchari, & eius aliquid traicerit post medium noctem, & quia tam faccharum, quam aliqua liquefientia communiter deglutiuntur, idēc qui tale quippiam ante somnum accepit, non potest die sequenti communicare, nisi moraliter sit certus, quod ante medium noctem totum deglutiuerit, vel, quod residuum erat, abstulerit. Sic ille.

2. Nec valet dicere, quod illud non sumitur illo die ab extrinseco, nec traiicitur per modum cibi, sed per modum salviae. Nam respondeatur, illam esse quamdam successiuam mandationem, qua ex parte est eodem die, & cum illa materia imponatur, ut paulatim deglutiatur ex intentione sumptus, tandem durat eiusdem comestio, donec ipse totam deglutiatur, sicut si paulo ante medium noctis horam imponebam alios cibos ori, eosque donec media esset audita, mandarem, & deglutiuerit eos, nullo modo possem eo die communicare. Hæc communiter assertum DD.

3. Non retineam tamen contrariam sententiam docere Tabienam verb. communicare, §. 49. vbi concedit quod præterito die intra os sumptum est, etiam si data opera deglutiatur in sequente, non solvere ieiunium naturæ, neque impedit perceptionem Eucharistæ, quia (inquit) ad hoc opus est sumptio rei alieni rei exterioris, qua sit eodem die. Igitur nescire est, ut res aliqua eo die in os mitratur. Pro hac sententia faciunt Durandus, Gabriel, Paludanus, qui concedendo reliquias cibi, etiam si deglutiuntur, non impedit communionem, reddit hanc rationem; quia eo die non fuerunt in os immisæ, quia quidem ratio, vi diximus, militat in casu nostro. Et sic ex neotericis, sententiam Tabienæ amplectus est Bartholomaeus ab Angelo in Exam. Confess. Dialog. 4. §. 214. litter. A. vbi sic asserit. Quod dictum est de salvia, & de reliquis cibi, & huiusmodi, dicendum est de eo, qui in seco accipit aliquid in ore pro voce, vel pro alio, quod remanet, non enim venit ab extrinseco post medium noctem, nec propter hoc ille non esset ieiunus. Ita ille.

lebrationem Missæ, vel Eucharistiam sumere? Ex part. 6. tract. 7. & Mifc. 2. Ref. 15.

**§.1. Q**via casus est frequentissimus, pro affirmativa sententia ego in p. 1. tr. 13. ref. 5. 1. adduxi ex inclita Dominicanorum familia Tabienam & Bartholomæum ab Angelo: quibus nouissimè addo, ex Societate Iesu Stephanum Bauny in Theol. Moral. part. 1. tr. 10. g. 22. vbi sic ait: An pro ieiunio sit habendus præindéque ad Eucharistiam idoneus, qui pridie eiusdem die, quo eam sumpturus erat, cum cubitum ire, ori faccharum impoluit, ad fauicium raucedinem tollendam, maximè si nescit certò, ex tali substantia, ecquid residui aliquid ori ac palato adhæserit post medium noctem, quod calore ac haliu liquefactum in stomachum penetrauerit.

2. Mihi ea mens est, ac sententia, ciuiusmodi rebus ieiunium non solui, consequenter sumptionem Eucharistæ non impediti: iudicandi antecedens habeo viros eruditos ac graues, nec fecus in hac controvèrsia sensisse video Theologos; qui ea de re discerant in 3. part. D. Thoma: neque aliter Summarum scriptores. Tabiena enim scribit his verbis verb. Communicare §. 49. id quod præterito die intra os est sumptum, etiam si data opera deglutiatur in sequente, non solvit ieiunium naturæ, neque impedit perceptionem Eucharistæ. Quod Tabiena ait, affirmat quoque Bartholab Angelo in Exam. Confess. Dialog. 4. §. 214. litter. A. Quod dictum est, inquit, de salvia & de reliquis cibi, & huiusmodi, dicendum est de eo, qui serd accipit aliquid in ore pro voce, vel pro alio, quod remanet, non enim venit ab extrinseco post medium noctem, nec propter hoc ille non esset ieiunus. Ita ille. Ad horum authorum testimonia accedit & ratio. Solui non potest ieiunium, nisi sumptio rei alieni externe, idque eo die, quo ad refractionem, aut volutatem accipitur, secundum Palud. Gabriel & Durand, quod & probatur. Cibi reliquiae, quæ adhæserent palato ac dentibus, cum postridie eius die, quæ sunt sumptæ, deglutiuntur ab homine, omnium opinione non faciunt, ut Eucharistia censeretur indignus, quia ieiunus est, cuius rei causa haud dubiè non est alia, quam quia eo die, quo ad communio nem acceditur, non sunt prædictæ cibi reliquiae in os illæ: at facit pro opinione præsenti hæc ratio. Ergo, &c. Huc usque Bauny.

3. His tamen non obstantibus licet supradictæ sententias, quas affert Bauny, fuerint vbi supra à me adductæ, adhuc negatiæ sententiae ego adhæreo, cum sit communis testis nouissima instructione Hispanensi pro ordinantis parte §. 49. n. 2. quia aliquid facchari, quod paulatim post medium noctem attinetur, & deglutiatur, non est annumerandum inter reliquias cibi, sed est verus cibus: & quædam successiva mandatio, qua ex parte sit copio die. Et ita hanc sententiam præter Doctores quos citauit dicta ref. 5. tener etiam Fagundez in præcept. 3. Ecclesiæ lib. 1. cap. 3. dub. 6. n. 60. Et nouissimè Ioan. Viggiers de Sacramen. in 3. part. D. Thom. quæst. 80. art. 8. n. 3.:

RESOL. CXVI.

*An cum quia cubitum ire, ori faccharum impoluit, & nescit postea, an ante medium noctem liquefactum fuerit, possit adhuc Missam dicere, aut Eucharistiam sumere?*

*Ex quo deducitur, quid est sentendum, si reliquia cibi deglutiuntur post medium noctem, an impedian ce-*

RESOL. CXVII.

*An si quis ante cubitum apponere in os aliquid ad paulatim liquefaciendum propter distillationem capitis, vel fauicum raucedinem, si dixerit post medium noctem, censetur die sequenti ieiuniu, ita ut possit Missam celebrare, aut communicare?*

*Ex quo inferitur, an qui casu traiicit aliquid reliquiarum in dentibus ex cibocane precedenter relataris*

F 4 censetur